



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Timorem incutiunt sex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANAI

Pro. 28. dominum &c. Prou. Beatus homo qui  
Ecc. 25. semper est pauidus. Ecclesiasticus  
Beatus cui donatum est habere timo-  
rem domini. Sextum, quia in futuro  
glorificat. Psal. Timentes autem do-  
minus glorificat. Psal. Dedisti heri-  
ditatem timentibus nomen tuum do-  
mine &c. Judith ultimo. Qui timent  
te domine, apud te magnificierunt.

*Timorem incutunt sex.*

**P**rimum est consideratio culpa-  
bilitatis nostræ. Si tantum ti-  
met aliquis cum scit se reum es-  
se unius criminis in curia alicuius ter-  
reni principis, quantum timere po-  
test qui tot et tantorum criminum  
scit se reum esse apud districtum iudi-  
cem? Secundum est, si consideremus  
quod Deus semper & ubique actus  
nostros conspicit. Heb. 4. omnia no-  
stra & aperta sunt oculis eius. P. Augu-  
stinus. Qui uult deum timere, illum  
cogitet omnia uidere. Et de seipso  
etiam loquens ait. Cum illum mihi  
ubique presentem, & omnia uiden-  
tem intueor, timore pariter, & ingen-  
ti rubore confundor. Tertium est in-  
cercitudo uenienti. Ecclesiasticus. Sunt  
iusti & sapientes & opera eorum

## INSTITVTO. 212

manu dei: & tamen nescit homo utrū amore , an odio dignus sit . Grego- rius . Sæpe sorbet in conspectu æterni iudicis quod in intentione fulget ope rantis . Idem . Sæpe enim opus no strum causa damnationis est , & pro fectus putatur esse uirtutis . Propterea in omni opere nostro semper timendum est , sicut dicitur Iob . Veie bar opera mea . et Isa . Quasi pannus mulieris menstruatæ iustitiae nostræ . Vnde si placere deo ueraciter cupimus , ipsa etiam in nobis bene gesta ti meamus . Et Bernardus . Cum adest Bernar , gratia , time , ne indignè opereris ex ea . Quartum est sollicitudo æterni iudi cij ; de quo Iob dicebat . Quid fa ciam cum surrexerit ad iudicandum Deus ? & cum quæsierit quid respon debo ei ? Idem . Quis mihi hoc tri buat ut in inferno protegas me & ab scendas me donec pertranscat furor tuus ? Hieronymus . Siue comedam , siue bibam , siue aliquid aliud faciam , semper insonare uidetur auribus meis illa terribilis tuba , surgite mortui ue nite ad iudicium . Quintum est faci litas pereundi & corporaliter & spiri tualiter . propter quod umbra mortis dicimur esse . Isa . sedentibus in tene bris , & umbra mortis &c . Sextum est consideratio pœnæ inferni . De hac

Grego .

Iob . 9 .  
Isa . 64 .

Bernar .

Iob . 31 .

Idē . 14 .

Hieron .

Isa . 9 .

CHRISTIANA

materia require in cap. de malis pe-  
catorum, et in capitulo de poen-  
ierni.

*Tepiditatem fugere debe-  
mus propter qua-  
tuor.*

Apoc. 3. **P**rimo, quia uomitum deo pro-  
uocat. Apoc. Utinam frigidus  
esset, aut calidus, sed quia tepi-  
dus incipiam te euomere. Secundo,  
quia diabolo fiduciam temptandi tri-  
buit. De multis enim uitiis temptat  
Diabolus hominem tepidum, de qui-  
bus non audet temptare feruentem.  
Ollæ feruenti misericordia non insident.  
Tertio, quia reddit hominem quasi  
impotentem, & contractum; ut pa-  
taret in illis qui cum ualde fortes sint,  
tamen non possunt quartam partem  
pænitentiae facere, quam facit uetus  
una. quod accidit propter tepida-  
tem, quoniam paruum habent des-  
iderium agendi pænitentiam. unde  
tepiditas dicitur esse parvus amor bo-  
ni. Bernardus. Forstitan omnino non  
possimus, quia non multum uolu-  
mus. Quarto, quia homo tepidus  
non impetrat quod in oratione postu-

Bernar.